UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Agnere virgine [et] martyre. Cap[itulum]. cvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

canicie lamentabiles voces emittebat. Adue-
niunt ⁊ coniuges proprios paruulos offeren-
tes: ⁊ incomparabilibus gemitibus ⁊ ſuſpiriis
eiulantes. Inter hec ceperūt viroꝝ corda mol
leſcere. Tunc ſebaſtianus ibi aſſiſtens: erūpēs
in medio: diuino repletus flamine: de contem
ptu vite preſentis ⁊ de gloria futuri regni: ſer-
monem aſſumens prolixam orationē cōtexuit:
⁊ eleganti eloquio ſanctoꝝ animos ad amorē
martyriĳ contēptis omnibus incitauit. hec aūt
agebantur in domo nicoſtrati primiſcriniĳ: vbi
marcus ⁊ marcellianus cuſtodiebātur. Cuius
vxor zoe nomine: graui infirmitate loquelam
vi. annis amiſerat: vſum tamē audiendi aut ſen
ſum animi minime perdiderat. Que cū omnia
verbera ſebaſtiani audiſſet: pedibus eius pro-
uoluta: nutibus veniā poſtulabat. Igit martyr
xp̄i orauit: vt ſicut os zacharie ꝓphe reſerane-
rat linguā quoqꝫ eius aperire dignaretur. Sta
timqꝫ mulier loquendi facultate recepta ſermo
nes beati ſebaſtiani bn̄dicere cepit: ſeqꝫ ange-
lum domini iuxta eum vidiſſe aſſeruit: qui im-
menſo lumine circundatus librum apertū tene
bat: vbi omnia que ſanct⁹ dixerat ſcripta erāt.
Iuxta quē etiam aliĳ. vĳ. angeli candidiſſimi
circunſtabant. Quo viſo miraculo: nicoſtratus
vir cum vxore conuerſus eſt vna cū tranquilli
no ⁊ martia parētibus marci ⁊ marcelliani: ⁊ a
ſctō policarpo p̄ſbytero baptizati ſunt. Mar-
cus ꝟo ⁊ marcellianus in dn̄o confortati mar-
tyriĳ gloriā preoptabāt. Quos dū nicoſtratus
vellet ſolutos dimittere: oīno abire noluerunt
aſſerentes ſe paſſionis calicem nullatenus di
miſſuros. Tranquillinus aūt graui morbo la-
borans ſtatim vt baptizatus eſt: ſanitatē ſuſce-
pit. Poſtꝗ aūt marcus ⁊ marcellianus marty-
rium paſſi ſunt: ⁊ mater eorū martia poſt dies
modicos in pace migrauit ad xp̄m. Chromati-
cus prefectus graui morbo laborans a ſancto
ſebaſtiano ſanatus eſt: ⁊ ab eodem atqꝫ a tran-
quillino in fide doctus vna cum tyburtio filio
ſuo: per manus policarpi preſbyteri ſacrum ba
ptiſmū ſuſcepit: vt in paſſione tyburtiĳ dicetur
iĳ. idus auguſti. Quibus omnibus per marty-
rium cōſumatis beatus ſebaſtianus latere nō
potuit. Nam cū imperator diocletianus cogno
uiſſet qualiter dudum in xp̄ianitate latuiſſet: ⁊
multos tali occaſiōe ad martyriū prouocaſſet:
eum ad ſe conuocauit: ⁊ de ingratitudine quā
erga deos ⁊ imperatores habuerat dure redar
guit. Qui cū ſe xp̄ianū pro ſalute imperiĳ ſem
per orare dixiſſet: iuſſit eū imperator in medio
campi ligari: ⁊ quaſi in ſignū a militibus ſagit
tari: qui ita eum ſagittis impleuerunt: vt quaſi
erinacius videretur: ⁊ exiſtimantes illum mor
tuum abierunt. Uerū hyrene relicta caſtuli ma
ter abiĳt noctu vt corp⁹ tolleret: ⁊ iueniēs ipm
adhuc viuū ad domū ſuā adduxit: ⁊ curā eius
egit. Qui intra paucos dies conualuit: ⁊ ſtans
ſuper gradus heliogabali venientibus impera-
toribus ſe exhibuit: eoſqꝫ de perſecutione quā
in chriſtianos iniuſte agebāt: increpare cepit.
Quod cū dioclctianus miraret: dixit ſe ad hoc
a chriſto domino ſuſcitatū: vt eiſdem veritatem
fidei conteſtaret. Tunc imperator iuſſit eū in
hippodromum palatiĳ duci: ⁊ tādiu fuſtibus ce
di: donec ſpiritū exhalaret. Corpuſqꝫ ipſius in
cloacam proĳci: ne a chriſtianis nomine marty
ris coleret. Sanctus ꝟo martyr apparuit luci-
ne matrone religioſe: eiqꝫ corpus ſuum reuela-
uit: ⁊ vt iuxta apoſtoloꝝ veſtigia ſepeliret ad-
monuit. Quod ⁊ illa cū ſeruis nocte ſequēti ad
implere curauit: ipſūqꝫ in catacūbis iuxta cor-
pora apoſtoloꝝ vt iuſſerat collocauit. Paſſus ē
aūt circa annos domini. cclxxxvĳ. xiĳ. kalēdas
februariĳ. ¶ Poſt tēporis decurſum anno. ĳ. lu
douici imparatoris: hilduinus abbas ſancti dio-
nyſiĳ: ſacriqꝫ palatiĳ archicapellanus romā mi-
ſit: ⁊ a papa eugenio corp⁹ ſancti ſebaſtiani ob-
tinuit: indeqꝫ tranſlatum apud vrbem Sueſſio-
neſi. in baſilica ſancti medardi collocauit: vt di-
cit Sigibertus.

¶ De ſancta Agnete virgine ⁊ mar-
tyre. Cap. cvĳ.

AGnes virgo ⁊ mar
tyr ſacratiſſima: cuius paſſio-
nem ſcribit Ambroſius: nobi-
liſſima romanoꝝ. xiĳ. etatis
ſue anno mortē perdidit: ⁊ vi-
tā inuenit: corpore iuuēcula:
ſed animo cana: pulchra facie: ſed pulchrior fi-
de. Hec dum a ſcholis reuertit: a prefecti vrbis
nomine ſimphroniĳ filio iuuene adamat: cuius
parentes requiſiuit: ⁊ multis ꝓmiſſionib⁹ eius
cōiugium poſtulauit. Deinde diuitias ⁊ gēmas
⁊ theſauros obtulit infinitos: que oīa a virgine
vt ſtercora reputata ſunt: iuuenēqꝫ curioſa ora-
tione licentiauit: eo ꝙ ab alio amatore preuēta
eſſet: quem de quinqꝫ excellētiis commēdauit:
que a mulieribus in ſponſis plurimū reqrunt:
ſcꝫ de nobilitate generis: qꝛ longe illo nobilior
genere ⁊ dignitate: cuius mater virgo eſt: cui⁹
pr̄ feminā neſcit. De decore pulchritudinis: qꝛ
eius pulchritudinē ſol ⁊ luna mirātur. De diui
tiarum abūdantia: quia eius opes nunꝗ defi-
ciunt: ⁊ diuitie nunꝗ decreſcunt. De potentie
efficacia: qꝛ ei⁹ odore reuiuiſcūt mortui: eiuſqꝫ
tactu confortātur infirmi. Et de amoris excel-
lentia: quia eius amor eſt ſuauior et gratia ele-
gātior. Deīde ſubiecit quinqꝫ beneficia ſibi ab
ipſo ſponſo collata. Quia anulo fidei ſue eam
ſubarauit. Multiplici virtutū varietate veſti-
uit: paſſiōis ſue ſanguine ſignauit: vinc'o amo-
ris copulauit: et celeſtis theſauri gl'ia ditauit.
Audiens hec inſanus iuuenis lecto ꝓſternit: ⁊
ꝙ amore egrotaret: a medicis aperit. Cūqꝫ pa-
ter iuuenis eadē virgini replicaret: ⁊ illa poris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſponſi federa violare non poſſe diceret: cepit
prefectus inquirere: quis eſſet ſponſus ille no
bilis: de cuiꝰ ſe agnes poteſtate iactaret. Cūqꝫ
didiciſſet: ꝙ virgo xp̄m deū ſuum ſponſum aſſe
reret: prefectꝰ eaꝫ ſibi preſentari fecit: ⁊ primo
blandis ſermonibus: dehinc terroribꝰ pulſare
cepit. Que illū blandientē ſicut ⁊ terrentē aīo
deridebat. Et qꝛ nobilis erat: ⁊ vim ei prefectꝰ
inferre nō poterat: titulo ſibi xp̄ianitatis obie-
cto: ſequēti die eā ſibi aſſiſti fecit: ⁊ iterato de
amore iuuenis appellauit. Et cum in ſermone
caſſo labore deficeret: alterum de duobus ſibi
ꝓpoſuit eligendum: aut ſi virginitatē elegerat:
dee veſte cum virginibꝰ immolare: aut cum me
retricibus publice ſcortari. Que cuꝫ neutrum
elegiſſet: dicens ſecū habere angelū dn̄i qui eā
ſemꝑ impollutaꝫ cuſtodiret. Juſſu ſimphronij
ſpoliata ad lupanar ducit᷑ voce p̄conia agneteꝫ
ſacrilegā proclamante. Tantā autē denſitatem
dn̄s capillis eius mox creſcentibus contulit:
vt melius ꝙ ſuis veſtibus videretur induta.
¶ Jngreſſa autē turpitudinis locum: angelū
dn̄i preparatū inuenit: qui eā immenſo lumine
circundedit: ⁊ ſtola candidiſſima ad menſuraꝫ
eius corporis diuinitus cōtexta veſtitit. Tunc
prefecti filius cuꝫ ſodalibus ad lupanar venit:
⁊ volens ſibi illudere: illos prius ad eaꝫ inuita
uit. Qui ingreſſi ⁊ immenſo lumine territi: cō-
puncti redierunt. Sicqꝫ lupanar locus oratio-
nis efficit᷑: adeo vt quiſqꝫ mundior exiret: ꝙ in
grederet᷑. Juuenis ergo laſciuus ſocios vt pu
ſillanimes irridens: intrās in lumē irruit: mox
qꝫ vt eā cōtingere voluit: prefocatus a diabolo
expirauit. Quē ſocij videntes diutius immo-
rari: putabant illū obſenis operibus occupari.
Tandē ad locuꝫ acceſſerunt: ⁊ eū mortuū inue-
nientes: prefōribꝰ clamauerūt. Cōcurrit popu
lus: cōcurrit ⁊ deflens prefectus: ⁊ quidā eam
maleficā: quidā innocentē exclamabāt. Pre-
fectus ṽo cauſaꝫ necis filij interrogat. Cui vir
go reſpondit: ꝙ ille cuius voluntatē perficere
voluit: in euꝫ poteſtatē accepit. Nā ⁊ alij q̄ ho-
norē deo intrātes dederāt: illeſi exiuerāt. Cui
cum prefectus ſe eidē crediturū diceret ſi iu-
uenē ſuſcitaret: orauit agnes cuꝫ lachrymis et
cōfeſtiꝫ ab angelo ſuſcitat᷑ iuuenis: q̄ egreſſus
cepit xp̄m publice predicare: ⁊ oīa idola cōfu-
tare. Tunc ſeditiōe in pp̄lo excitata per ponti
fices idoloꝝ: prefectꝰ hec vidēs obſtupuit: eā
qꝫ dimittere voluit: ſed ꝓſcriptionē timēs: vir-
ginē aſpaſio vicario dereliquit: ⁊ dolēs abijt ꝙ
ipſam liberare nō potuit. Quā vicarius in ignē
copioſuꝫ iactare fecit: ſed in duas ptes flāma
diuiſa ſeditioſuꝫ pp̄lꝫ cōburebat: ⁊ eā minime
cōtingebat: ṽgo aūt xp̄i ad dn̄m orauit: moxqꝫ
ignis ita extinctus fuit: vt nec quidē tepor in-
cendij remaneret. Aſpaſius autē ſeditionē po-
puli timens in gutture eius gladium mergi fe-
cit: ⁊ ſic xp̄s ſibi ſponſam ⁊ martyrē cōſecrauit.
Cuius corpus xp̄iani cum parentibus nullam
triſticiam habentibus tulerunt: illudqꝫ in pre-
dio ſuo via numentana ſepelierunt: vixqꝫ a pa-
ganis in eos mittentibus lapides euaſerunt.
Paſſa eſt autem. xij. kalen. februarij.

¶ De ſancto Patroclo martyre. Cap. cviij.

Patroclꝰ martyr paſ-
ſus eſt apud ſenonas gallie ſub
valeriano imperatore. Qui cum
de partibus illis egrederetur au
dita fama patrocli ꝙ vir nobilis
aſſiduis orationibus vacans: hora. xij. vix cibū
capiebat: ⁊ qꝛ chriſtum publice predicabat: fe-
cit eum teneri ⁊ duci ad ſacrificandum. Qui cū
ſacrificare contēneret: iuſſu imperatoris fuſti-
bus ceditur: deinde miſſis cōpedibus in cruri
bus ipſius ⁊ catenis in manibus vinctꝰ triduo
carceri patroclus mancipatur. Sed cum in xp̄i
confeſſione conſtanter perſeueraret: iuſſit euꝫ
aurelianus iuxta flumē ſequanā duci: ibiqꝫ gla
dio caput eius abſcidi. Ductus ergo ad locuꝫ:
oratione premiſſa: lumina eū tenentiū obſcura
ta ſunt. ipeṽo flumen tranſiuit: aqua vix ad ge-
nua pertingente. Quod dum quidam illorū di-
uine virtuti: quidā magice arti aſcriberent flu
men ⁊ ipſi tranſierūt: ⁊ dum ſanctū requirerēt
a muliere gentile eiſdē orans oſtēditur. Sicqꝫ
caput ipſius amputatur. xij. kalen. februarij.
Cuius corpus a viris fidelibus perſecutione
ſedata in ciuitate ſenoū. ſepultum iacet.

¶ De ſancto Publio epiſcopo ⁊ martyre. Capitulo. cix.

Publius ep̄us athe
nien̄. ⁊ martyr glorioſus fuit.
Hic humana ⁊ diuina ſapiētia
clarus: ſecundus poſt dionyſiū
ariopagitam ad modū effulſit.
Eccleſiamqꝫ athenienſium no
biliter rexit: ⁊ preclarus virtutibus ac doctri-
na prefulgens ob chriſti fidem martyrio coro-
natur. xij. kalen. februarij. hecado.

¶ De ſanctis Fructuoſo epiſcopo ⁊ ſocijs martyribus. Capitulo. cx

Fructuoſus epiſco-
pus augurius ⁊ eulogius diaconi
⁊ martyres: tempore galieni im-
peratoris martyrium paſſi ſunt
apud terragonam hiſpanie ciuita
tem. Qui primo in carcerem truſi: diebus plu-
ribus afflicti ſunt. Deinde educti: pro chriſti
confeſſione flammis iniecti: vinculis quibus
alligati fuerant exuſtis manibus in modū cru-
cis expanſis: orantesꝙ vt vrerentur obtinuerūt.
Et mox quidam ex fratribus: et filia preſidis
que aſtabat: viderunt ſanctorum animas celum